

## P R A E F A T I O .

singula hæc, plures peculiares Tractatus  
seu Locos complectuntur. DEVS enim vel  
in se ipso atq; essentia & sue naturâ considera-  
tur, vel in Operibus suis, quibus se se creatu-  
ris revelavit, omniaq; gubernat. Primus  
igitur Locus tractandus occurrit, de DEO,  
ubi de essentia & divina Vnitate, & Perso-  
narum Trinitate agitur. Deinde quia  
hic DEVS, unus & trinus, per rerum o-  
mnium creationem se manifestavit:  
ideo Secundo Loco dicendum fuit de Ope-  
re creationis. Hinc quia idem DEVS,  
rerum omnium creator omnipotens, ope-  
ras sua, creature, non deserit, sed pater-  
nâ suâ Providentiâ, omnia ubique dispo-  
nit, regit, moderatur, propterea Tertio  
Loco consideranda fuit, Providentia di-  
vina. Tandem verò, quia hominem no-  
bilissimam creaturam, non in externis  
tantùm tuetur & fovet, sed de omni sua  
divina voluntate, per Scripturas sacras,  
ad salutem recuperandam, clementissimè  
informat: eam ob causam, Quarto  
Loco de Scriptura agendum fuit: ubi plu-  
res peculiares quæstiones occurrunt, de  
Authoritate scripture Sacrae: de eius-  
(:) s dem